



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Capvt XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

CAPVT XV.

Marc. 7. a. 1.



Uno accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scriba & Pharisei, dicentes: 2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. 3. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: 4. Honora patrem, & matrem, &: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. 5. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, Minus quodcumque est ex me, tibi praderit: 6. & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. 7. Hypocrita, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: 8. Populus huius blasphemus me honorat: cor autem eorum longe est a me. 9. Sine causa autem voluit me, docentes doctrinas, & mandata hominum. 10. Et conuocatis ad se turbas, dixit eis: Audite, & intelligite. 11. Non quod intrat in os, coquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coquinat hominem. 12. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Pharisei audito verbo hoc, scandalizati sunt? 13. At ille respondens ait: Omnis plantatus quam non plantauit Pater meus caelestis, eradicabitur. 14. Sinite illos: cæci sunt, & ducunt cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatur praestet, ambo in foueam cadunt. 15. Respondens autem Petrus dixit ei: Edificare nobis parabolam istam. 16. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? 17. Non intelligitis quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? 18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coquinaunt hominem: 19. de corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furti, falsa testimonia, blasphemiae. 20. Hæc sunt, quæ coquinaunt hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coquinat hominem. 21. Et egressus inde Iesus secessit in paries Tyri & Sidonis. 22. Et ecce mulier Chanaan a finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Misere mei Domine fili David: filia mea male a demonio vexatur. 23. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicens: Dimitte eam: quia clamat post nos. 24. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: 25. At illa venit & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. 26. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. 27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & canes edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. 28. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. 29. Et cum transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi. 30. Et accesserunt ad eum turba multa, habentes secum multos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerant eos ad pedes eius, & curauit eos: 31. ita ut turbæ mirarentur videntes multos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deum Israel. 32. Iesus autem, conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turba, quia triduo iam perseverant mecum, & non habent quod manducare, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. 33. & dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam? 34. Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & pisces pisciculos. 35. Et præcepit turba, ut discumberent super terram. 36. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. 37. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. 38. Erant autem qui manducauerunt, quæ uox millia hominum, extra paruulos, & mulieres. 39. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & uenit in fines Maggedam.

IN CAPVT DECIMUM QUINTVM

ARGVMENTVM.



Signem disputationem, & duo miracula continet caput decimum quintum. Disputatio instituta, est de traditionibus & doctrinis hominum, lotionibus manuum, similibusq; caeremoniis, quarum nonnullæ adiphoræ, aliæ noxiæ, quædam etiam honestæ videbantur. Christus quasdam adiphoras reiecit, & noxiæ reprehendit.

Deinde ueniens in partes Tyri & Sidonis filiam Syrophœnissæ post multas preces matris sanat. Deniq; septem panibus quatuor hominum millia satiat, & suam in fideles providentiam manifestat. Magnum deinde malè affectorum numerum sanat, ostenditq; se verum esse redemptorem missum in salutem Iudæorum, ad oues quæ perierant domus Israël.

In Syriacâ Ecclesiâ à principio usq; ad v. 21. leguntur omnia Dominicâ post Pentecosten. Inde ad v. 32. ad vespertas dominicæ quartæ ieiunij. Hinc ad finem, in oblatione quotidiana.

VERSVS 1. 2. 3.

Tunc accesserunt ad eum Ierosolymis scribae & Pharisei dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum, non enim lauant manus suas cum manducant. Ipse autem respondens ait

illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram: Nam Deus dixit.

QUESTIO I.

Cur accedunt illi qui erant ab Ierosolymis?

5. 1. Sparsi per omnes tribus & familias erant (scribae & Pharisei, & ex omnibus oriundi par-

bus, omnesq; partes inhabitabant: at hic Christum aggrediuntur *ἐν τῷ τῶν ἱεροσολύμων, illi qui erant ab ierosolymis*, ita etiam Syrus habet: apud Marcum 7. 1. *τῶν ἀπὸ ἱεροσολύμων*. Quid in arbitrantur hos fuisse omnium sapientissimos habitos, & publicā auctoritate ad Christum legatos, uti alias ad Ioannem missi sunt, qui de eo quaererent. Equidem publicē fuisse legatos nō adducit ut credam: non enim ulla est eiusmodi legationis in scripturā mentio, quod argumentū quamvis sit ab auctoritate negatiua, ideoq; debile videatur; non tamen infirmū est, si circumstantiae spectentur: tantum rem n. Enagelista nequaquā silentio inuoluisset, cum aduentum & disputationem Phariseorum in Hierosolymitanorum referret. Deinde nequaquam consensaneum est superbia, contumacia, odiosq; scribarum, ut quem toties iam acculant, ex eo sciscitentur, an Messias esset? Hos ergo suapte sponte venisse perspicuum est, nō ut veritatem, & salutem ab eo acciperent, sed occasionem calumniandi doctrinā, aut mores inuestigare. Itaq; tanquā censores & inquisitores ex consistorio Hierosolymitano venerunt, ut Bullingus interpretatur. Non poterat tam fastuosum supercilium Magistro se subdere, sed inuidiā & malignitatem aēti festucam in discipulorum oculis quaerebant, ut Beda obseruat, & ante eum Chrysostomus. Quamvis autem cerebro experti damna sentiant, & ex disputatione confusi abierunt, iterum tamen ad nocendum incitati veniunt. Contumax, audax, & inquietum genus hominum.

§. 2. Anam calumniae mox arripiunt ex discipulorum factis, qui ut est apud Marc. 7. 2. *communibus manibus manducauerunt*. In eo autem se ridiculē maletoles & calumniatores ostendunt, dum acerrimi Coycae, & Censores morosissimi, nec in Christo, nec in familiā illius copiosa aliud, quod obnoxii culpae existiment, inueniunt, quam lotionis neglectum: q̄ tamen nec in Ioannis discipulis, nec in reliqua turba carpebant. Nō enim ab omnibus hanc ciuitatis partem fuisse obseruatam consuetudo discipulorū ostendit, & aliorum auditorum, qui item hac in causā nunquā illis intenderant. Et quamvis Marcus dicat, omnes Iudeos nisi credo lauerint non manducare, non ita intelligendum, quasi id semper necessariū indicauit: nam frequenter quatuor copia deerat, festinatio, inopia aliud iudebat. Quis enim credat in castris, aut obsidiobus istarum ieculorum fuisse curam?

§. 3. An ante cibum non lauerint, an inter edendū lotionem non repetierint, quarunt interpretes. Chryl. Theophyl. Abulen. Remig. Lyranus, Carthusianus, nec ante, nec in prandio, lauisse aiunt. Iansenius, Carlet. eos idcirco reprehendi putant, quod initio quidē lauerint, sub prandio lotionem non repetierint. Priores sententia sine dubio vera est. Dicuntur enim communibus manibus, hoc est, illis manducare: nec necesse erat nonorum ferculorū attractu eos vel inquinari vel mundari. Nec credibile est, Apostolos mentem in longum prodaxisse, sed pane atq; vno obsonio contentos vixisse. Huc & illud pertinet, quod ait Marcus, a foris nisi baptizentur non comedunt, quasi eis Apostolos opponat, sine Baptismo comedentes.

§. 4. Manuum lotio ciuitatis fuit, quae si vel occasio decideret, aut alioqui mundae essent, omitti poterat: at scribae ex ea traditionem fecerūt, quae sine culpa intermitteri non posset. Nec eod tamen progrediuntur, vti Dei legem committi quicquam asseuerent, sed tantū contra *τῶν ἱεροσολύμων* traditionem seniorum. Syrus vocat *מסורת* Maschlamenutha, a *מש*, quod est impletum & perfectū esse: legem enim Dei suis traditionibus perfectissimē implem fecistabant. Traditiones igitur *ἀρχαίων* nō omnes, sed quasdam, ut postea dicā, inter adiaphora reponit. De quibudā

est disputatio, quarum Auctorem Moſen ferebant; *Δευτερώσις* enim multas ad eum referebant, ut apud Iosephum l. 13. antiq. sed ut aliquae fuerint, multas tamen posterioiū fuisse in confesso est. Hieron. ad Agasiam q. 10. quasdam esse ab Sammar, Kilel, Achiba, fuisse tamen alias antiquiores ex eo constat, quod Iaias sui temporis populum reprehendens, & de posteris prophetans, abūsum sui seculi demonstrat.

§. 5. Munditiem lex exigebat, *Leu. 11. 13. Num. 14. & 19. 22.* verum nimium multa addiderunt illi, qui Macchabeorum temporibus vixerunt, inde & liber, quem Mishnaoth appellant, qui innumeras traditionum uugas continet. Discipuli aut soliti erant rem nō necessariam omittere, aut sanē grauioribus intenti, & sublimioribus, friuolorum non recordabantur. Itaq; non inciuilitatis erat, sed occupationum. Alioqui quod adagio dicitur,

Illois manibus nil agendum,

aliam sententiam continet; nempe ad negotia non oportere imparatos accedere. Videntur autem Genitiles a priscis Iudaeis accepisse de manuum ablu-tione & lustratione. Hinc ille apud Poetam putat, Attingere Deos esse nefas, nisi ante se

Flumine vino ablueris.

§. 6. Phariseorum in illā calumniā multiplex se malitia, & audacia prodit. Nam cum tot opera admiranda, tantamq; innocentiam viderent, ut nō modo in Christo, sed ne in eius quidem familiā, ut dixi, quicquam calumniae obnoxii inuenirent, ad putidam de manuum lotionē accusationem deuoluunt, ipsi rapinā & sanguine, & manus, & animum contaminati. Miraturq; Hieronymus, Beda, Rabanus, Remigius eorum dementiam, qui a filio Dei humanarū legum obseruationem flagitent. Deinde munditiā exteriorem corporis ad sanctitatem & animi puritatem facere arbitrantur, quod Christus refutat. Corporum enim vel splendor, vel impuritas nihil animae officit, aut prodest.

§. 7. Chrysostomus traditiones ab illis esse scripturis additas & prelatas ait: *ὅτι αὐτοὶ πῶς καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως αὐτῶν ἀλίσκονται. ὅθεν καὶ λέγουσι, διὰ τῆς παραδόσεως τὸν νόμον μωυσέως, ἀλλὰ τῇ παραδόσει τῶν προφῶτων, ὅθεν ἔλεγον, ὅτι πολλὰ ἐκείνοις μὲν οἱ ἱερεῖς, καὶ τοὶ μωυσεῖς μὲν πολλὰ τὰ φέρον καὶ μὲν πολλὰ τῆς ἀπειλῆς ἀποκρίνανται, ὡς μὴ τε προσθέσθαι, μὴτε ἀφελῆναι. ἡ προσθήκη γὰρ πρὸς τὸ ρῆμα, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον καὶ αὔριον, ἀφ' ἧς ἀλλ' ἐδὲν ἡτοὶ ἐκείνοις μὲν. οἷον δὲ καὶ τῶν, ὅτι μὴ δύνανται χεῖρας ἐθέσθαι ποτήριον βαπτίζειν, καὶ χαλκὰ καὶ αὐτοὶ βαπτίζονται, ὅτε γὰρ ἐὰν οἱ ποιοῦν αὐτοὺς ἀπαλαγῆναι τῶν παρατηρήσεων τῶν ζώντων προσελθόντες, ὅτι αὐτοὶ μάλλον πλεονέχον ἐδῶκαν τῶν παρατηρήσεων, δεδωκεν τις μὴ τις αὐτῶν ἀφελῆται τὴν ἀρχὴν, καὶ φοβερώτεροι εἶναι βυλόμενοι, ὡς δὲ καὶ αὐτοὶ νομοθέται. εἰς τοῦτον γὰρ προήλθε τὸ παρανομία τὸ πᾶν, ὡς πῶς μὴ αὐτῶν φυλάττειν ἐν τῷ πᾶσι, πῶς δὲ καὶ τῶν βαίνοντων, καὶ τοῦτον ἐκείνοις, ὡς μὴ κατηρεῖν αὐτοὺς τὸ πᾶν εἶναι, ὅπερ διὰ τὸν καὶ αὐτῶν ἐγκλημα ἦν, ὅτι τε ἐκείνοις μὲν, καὶ ὅτι ἕως ἐξεδίκεν τὰ αὐτῶν, τῶν γὰρ ἐδὲν αὐτοὶ μὲν λόγον. Τῇ αὐτὴν considera, quomodo ab ipsa interrogatiōne capiuntur: non enim dicunt, aut legem Moſi, sed cur traditionem seniorum transgrediuntur. Unde patet multa fuisse à Sacerdotibus inuata: & quamuis Moſes magno terrore comminatus fuerit,*

ANIS QMTE
112
Euangetia
CIV
18

Verbum
quo Chry-
sostomus v-
titur exvo-
ropetis in
malum ac-
cipi solet.

fuerit, ne qui addant aut auferant. Non adiicietis enim ad
verbum, aut, quod eg. praecepto vobis hodie, nec auferetis ab eo:
plurimam tamen non induxerunt. Ex quibus illa erant, ne il-
los comederent manus, calices aut vasa aenea & scipso bapti-
farent. Cumq; oportuisset eos progressionem temporis huiusce-
modi observationes continere, pluribus aut maioribus scipso
coarctauerunt. Ita cum simerent ne principatum amitterent,
ceul gmentatores, vt maiores viderentur plu im mouerunt.
Quare ad tantam pervenit nequiti im, vt pra:cepta ipsorum
negit, quam Dei mandata contempnere, ad vti iure
reprehendi viderentur, qui observationes ipsorum negigeant.
Quare ex duplici culpa contrahit: et: nam & immota-
tionis non parum et et crimen, & quia nullam de mandatis
Dilectum facientes, observationum contemptores vltisaban-
tur maximo delicto obnojerant. Quo loco vocat recte
Karvoldia & Karvoldia, quod in malam partem acci-
pi confuevit, vti apud Latinos, res novas moliri, nem-
pe cum veteris Reipubli ca legumq; contentu & ab-
olitione. Et paulo post duplex in senioribus crimen
esse ait: καὶ διὰ τοῦτο διττὰ τὸ κρίμα καὶ τὸ δίκαιον
& πεινῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ποινὴν. vt duplex id esse
crimen ostenderet, primo quia Deo non parerent, deinde quia
hominum & civitatis id erat.

§. 8. Quod nonnulli mitius Phariseorum calum-
Culpe arguunt discipulos. niam interpretantur, quasi discipulos Christi non
 accerserent peccati alicuius, sed tantummodo ciuili-
 tatis neglectæ admonerent, falsum esse textus ipse
 demonstrat: Christus enim in eo versatur, vt demon-
 stre, illotis manibus manducare non coquinare homi-
 nes; sed ea quæ egrediuntur ex corde coquinare
 hominē. Peccare igitur discipulos illi iudeabant, aut
 sanè id existimare populus cupiebant, si autē sanctis-
 simo haberi, vt qui minima aliorum ferre non possent.

§. 9. Phariseorum calumniam grauius imitatur
Calumnias: Non negat, inquit, Papam cum to clerisus col-
luisie, quin sit obediendum Deo: Sed vi ad rem venis-
Aperta ca-
lumnia. quia non secus ac capitale crimen deservit modicum carnis
gustum, quibus furtum, vel sordeat, vt iam diximus, venie-
le delictum est. propter suas tradit onis euerit legem Dei.

Respondéo: non posse non bonam esse causam, quæ non nisi tam manifestis mendaciis potest oppugnari. Nemo modicum carnis gustum, vi capitale crimen dereferatur. Nemo scortationem veniale delictum esse dixit: nec modò scortationem ipsam, sed voluntatem scortandi, & in eâ illecebrosam cogitationem omnes capitale crimen assenserunt. Quia verò & Marloratus, & posteri illas patrum suorum mendaces traditiones perpetuò reperiunt. satis ostendunt se veritati agnitæ repugnare. Constat enim Simonem Magum, teste Irenæo, Epiphanio, Gnosticos, Valentinianos ab Ecclesia damnatos, quod negarent scortationem esse peccatum. Pari modo Michaël Calvinistarum antecessor eadem de causa da-

Catholici innatus. Zon. t. 3. ann. Ecclesia Romana damnauit
forforationis Græcos, qui fornicationem simplicem negabant pec-
caunt pec- catum mortale. Vide Guidonem de erroribus Græ-
catum mor- corum. Quod si fornicatorum Patroni queruntur,
ale. sunt illi Calvinistarum antecessores: Waldenses, tes-
tibus Antonino, Guidone, Emerico. Albigeneses,
vt testatur Cæsius l. 5. c. 22. fratricelli, vt Sabell. l. 7.
Ennead. 9. Item Begardi, vt docet Clemens 5. de Hæ-
reticis c. 3. Deniq; Picardus & Picarditz, vnde Ada-
mitæ. Vide Encom Sylulium Bohem. hist. cap. 41.
Idem error est Moscouitarum, vt refert Ioannes Sa-
crauths in Elucidario errorum Moscouit. errore 31.
De Libertinis vide Lindanum Dial. 2. In illis lustris
istha querenda sunt flagitia sententiarum, inter
Catholicos nemo hoc docet. Parisiis quidam Almarici-
ani id senserunt, sed damnauit eos Guilielmus Epi-
scopus, & deinde Ecclesia. Verum audire Catholi-
cos præstat, qui ista doceant. Ita ad probationem
prouocamus.

VERSUS 4.

Honora patrem & matrem: & qui
maledixerit patri & matri, morte
moriatur.

QVÆSTIO I.

*Cur adduxerit testimonium de maledicenti-
bus parenti?*

§.1. **A**Bulensis, aliique, idcirco factum volunt, ut ostendat, quo supplicio digni sint, qui necessaria parentibus denegant: re ipsa enim illi lesi faciunt, non verbis modo. At sane atrociores factorum quam verborum iniuria. de lege illa vide Exod. 21. Abulensis negat occisos, qui semel leuiter, & ex calore iracundie maledixisset, idem etiam de leui percussione intelligi putat, quamquam etiam leuiter parentem percutere valde graue sit: non ob nocentem grauitatem, sed contumeliam magnitudinem, quæ ex personarum circumstantiâ augetur, non minus, quam si quis leui percussione magistratû violenter. Voluit autem Deus parentum securitatem omni modo sacram et tam esse, & cultum, auxilia, defensionem, alimenta vno honoris vocabulo scriptura complexa est. De honore parentibus exhibendo dixi in explicatione 4. præcepti.

§. 2. Omnes ſectarij ex compoſito Phariſæorum & ſcribarum criminationes nobis impingunt. Caluinus Bullingerus, Muſculus, Beza, Piſcator. Pontifices, Epicopos, Catholicos omnes Phariſæis & ſcribis: traditiones Eccleſiæ eorum traditionib⁹ aſſimulant. De his Caluinus l. 4. inſtit. c. 10. §. 10. & Bell. l. 1. l. 4. c. 19. contrā eum Sibrand⁹ Witthakerus, alij; præo- lacobus Greterus, & in colloquio Ratiſid. idem Greterus, & Tannerus. Et Caluinus quidem hoc loco triplices traditiones conſtituit, primò manifeſtè impias, deindè profanè ineptas, deniq; quæ aliquo vitio notabili nō ſunt infectæ, vt eſt lauare manus, de his agere Chriſtum arbitrat⁹. Eaſ legi ſuperadditas, vt illæ meli⁹ ſeruarietur, vitium autem in eo eſſe, quod nec neceſſariæ exiſtuntur, & conſcientiam obligant.

Responded: ex ipso textu constare, reprehend
quasdam traditiones; alias non necessarias iudicari
non tamen earum observationem culpæ deputari
Exempla utramque; Christus adducit. Impia illa fuit
de qua v. 3. & 4. non necessaria hæc de lotionibus
quare errabant Pharisei, qui eam v. necessariam ve
gebant. Porro traditiones verbo Dei aduersas omne
repudiamus: necessarias nullas affirmamus nisi vel
verbo Dei tradito, vel boni ordinis causâ ab Ecclesiâ
mandatas. Quas tamen posteriores non semper obli
gare docemus.

Caetanus hunc in locum optimè distinguit inter
custodiam humanorum mandatorum & sustentatio-
nem cultus diuini ex mandatis hominum. Iudæose
nim Deum timuisse non mandatis Dei, sed hominum
doctrinâ: tamquam timor Dei consideretur in obse-
ratione mandatorum hominum.

§ 3. Caliginis calumniam vltcrius extendit. Porro multum fallitur, qui asperionem aque lustralis, quae benedicta vocatur apud Papistas, cum litionibus Iudaicis comparant. Vnicum enim baptismum totis it. rando, quantum sufficit est, obliterant Papista. Deinde ad exorcismos confertur, & ad expianda peccata valere creditur frivola illa asperio.

Paulo pluribus citat Caluini verba Marloratus,
additq; de abstinencia carnibus die Veneris. Respon-
deo : Nihil tale quemquam Catholicorum docere :
Aquam, quam Benedictam vocamus, neq; necessari-

dicimus, neq; eius asperſionem Baptiſmi iterationem aſſerimus. Nec inter tot voluminum myriades, vel vnicum auctori. Calvinus producere poteſt, cui id vel per calumniam poſſit aſſingi. Vſus verò aquæ benedictæ ut liber eſt, & voluntarius, ita in Eccleſiâ antiquiſſimus, quæ de re alias dixi. Verum quid his agamus, qui in irridendis cæremoniis omnes Libanios, Iulianos, Porphyrios exſuperant: De illo ſic Nazianzenus, orat. 4. Iam ſufflationes & reſtationes, quas admirandus ille vir, doctriſinæq; noſtra ſugillator, vetulis mulierculis in contrarium oſtentabat, altari ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus? Et clariſus exponit Elias Cretenſis Interpreter Nazianzenus. In diuino noſtro orſu, quem admodum ſacerdotum Dionyſius inquit, ad Sacerdotem quidem eſt adductus, qui ſpirituſualis regeneratione donandus eſt. Ipſe autem & pater eius, ac hiſti miniſtrorum eorum, qui ad hoc conſtituti ſunt, opera, calor, ſudor, & corpus vniuerſum deſegit. Poſtea cum ad oſculum intuentem ſtatuens, manuq; in altum extenſa habentem, ac velut aliquid repellentem, ter eum aduerſus ſatanam reſufflare iubet, atq; in ſuper abrenunciationis verba proſtricti. Quod cum ab eo factum eſt, rurus eum ad orium tradidit, atq; in celum ſuſpicientem, ac manus exporrigentem, ad Chriſtum veſe adtingens, omnesq; diuiniſſis tradidit: ſacros ſermones amplectatur, uocet, reliquaq; omnia facit, quem admodum ſacerdotum vniuerſum traditiones docent. Porro ſacra ſanctiſſima hæc traditio per hæc ſigna multa nobis ſubindicat. Nam per id quod ille exaltatur, & denudatur, prioris vite, aſſectionibus vitiis, ad uitæ denudatio, atq; ad extremum ætatis, ipſius habitus adiectionis ſignifiatur. Per manuum autem ad oſculum velut reſpiciendum & exſufflationem, tunc & caliginis vitiis abnegatio & auerſio, atq; improba illius aſſectionis, quæ ipſi cor ſtatu eſt, velut expiratio. Ad hunc igitur modum his omniſus nudato co, qui ad Baptiſmum accedit, iam cum ad orium tradidit, ſubilitatem videlicet in diuino lumine, ac mentis in altum traditionis ei in perfectio à vitiis abſeſſu nuntians. Hæc igitur ſymbolicas noſtras ſufflationes, quibus in quæ habitudinis velut expiratio quadam ſignifiatur, reliquaq; ea, quæ ſacro ſanctiſſimo proſus apud nos in diuino Baptiſmo celebrantur, in calumniam, & ſumum trahens impius iſte Homo vetulus oſtentabat, ſacra noſtra tradidit omnibus aduerſus, cum ſcilicet ipſe aræ ignem ad Deum ſuorum cultum ſufflaret.

Caluinus igitur piæ traditiones oppugnat, irridet, tamquam vnus ex illis, qui Iuliano contra Eccleſiam Chriſtianam militabant. Verum nos traditiones quædam neceſſarias eſſe tenemus, quibus de ſacrorum librorum veritate edocemur, alias viles & teſtimonia antiquitatis nobis relictas, mandata etiam Conciliorum quorum nihil ſcripturæ repugnat. Vide Dionyſi de Hierar. c. 1. Iren. l. 3. c. 4. Athanaſ. ad Epict. Baſilium Mag. de Spiritu ſancto c. 27. & Ep. 60. Cyrillum Ieroſolym. Catech. 5. Greg. Nazianz. carn. de Spiritu ſancto. Epiph. hæſ. 75. Chryſ. 2. Theſſ. Orat. 4. Damasc. l. 4. c. 13. Cyprianum Sermonem de ablutione. Auguſt. de Eccleſ. dogmatib. c. 69. De Baptiſ. contra Donat. l. 2. c. 7. Epict. 118. ad Ianuar. & Epict. 86. ad Caſulan. Hier. c. 4. aduerſus Luciferianos. Sic Leonius, Seuerianus, Sophronius, Theodoretus, Cæleſtius, Vincentius Lyrinenſis, alijq; innumeri.

Mihi ſatis fuerit Synodi Nicenæ ſecundæ verba ponere. act. 7. Si quis traditionem Eccl. ſic ſcriptam ſine ſcripturæ auctoritate non curauerit, anathema. Ad exorciſmos ſepe valuiſſe non ſuavi, ſed Eccleſiæ precibus, quæ eſt teſſera, nos multa exempli docuerunt. Quia vero à ſacris libris abhorre ſolent Caluiniani videri lectores, quæ multis noſter Delrio ſelegit. l. 6. c. 2. l. 3. q. 3.

VERSUS 5.

Vos autem dicitis: Quicumq; dixerit patri vel matri. Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit.

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

QUESTIO I.

Quomodo excuſabant ſe, ne parentes honorarent?

§. 1. **M**ore vſitato verba Phariſææ legis non citat integra Chriſtus, quia nota erant, quæ ex re orta ſunt variæ interpretationes. Deinde obſcure ſunt verba ipſa: nam quod Matthæus vocat donum, Marcus dicit Corban.

In conſeſſu eſt ſententiæ aliquid deſſe: citat enim Chriſtus traditionem Phariſæicam; verum ut in re nota fieri aſſolet, non integram, ſed dimidiatam; perficitur autem ſi addatur; in munus erit à peccato, recte faciet, legem Dei ſeruabit, aut aliquid eiſmodi.

Syrus ad verbum habet קורבני מרם רתחנא ברי קורבני medem derethichane minni. Oblatio mea eſt id, ex quo proderit tibi ex me.

Interpretatio prima. Vocem eſſe filij indignantis, & repellentis patrum petitionem: idque dupliciter; alij enim interrogationis figuram eſſe exiſtunt, alij affirmationem ironicam. Interrogationem ſic expriment: An donum ſeu corban, quod ex me Deo offerendum eſt, tibi proderit? hoc eſt, an æquum eſt, ut ſacrificium Deo oblatum tibi alendo impendatur, tuq; Deo antepoſaris? Eadem eſt ſententia, ſi ironice aſſeritur. Munus meum Deo ſacratum tibi ſcilicet proderit. Nam ut interrogatione vehemens, ita per ironiam contumelioſius negamus. Chryſoſtomus in hunc ſenſum ſed ſine ſignificati accipit. ο δε λεγει, τοις τον ειναι, επι το δεισιν, τες νεες οσι βειος, οχι ματι κτ. Προειν των πατερων. τως και την προπα; ει τις των γονειν ειπε τω παιδι. δος μοι το προβατον τω ο εχεις, η τον μεδον, η αλλ ο, τι τοις τον, ελεγον, δωρον εστι τω τω θεω ο θελεις εμει ωφεληθηναι, κτ. δυνασαι λαβειν, και διπλυνειν, ουθεν εστι το κακον. ουπι η τω θεω προσηγον, κτ. τες γονεις ονοματι της προς Θεου απεστειν τες τε γενηνηκοτες δια τον θεον υβριζοντες, κτ. τον θεον δια τες γενηνηκοτες. Quod enim dicit, τ. l. quid eſt: Per etiam ſimulationem deſſe & parentes doleſcentes fuerunt erudit. Quo pacto: ſi quis parens à filio ouem ſlagitaret, aut vitulum, aut huiusmodi aſſequid, pramonius à ſcribis & Phariſæis ſiluar ſpoſ. d. bat. Quod à me in v. i. itatem tuam pater petis, dono; iam Deo prociſſum eſt, ac idem dare non poſſum: it. dupliciter peccabant. Nam neq; Deo offerebant, & parentes oblationis nomine deſſe rau labant. Parentes igitur quaſi Dei cauſa, & Deum parentum nomine contemnebant.

Sic Origenes in Matth. 15. Theophyl. & Enthym. Interpretatio ſecondæ. Altera interpretatio; filiū conſolari parentes alimenta petentes & ſubſidia. Ne nymia.

gare quidem illis ſe daturum, quod poſcunt, ut colere tamen pietatem videatur, alia ratione illis profuturum pollicetur, nempe ſe Deo obruliſſe, atq; eo ſacrificio neceſſitatem parentum Deo commendatam eſſe ad eò, ut plus profutura ſit ſes Deo oblata, quam ſi eam parentes recepiſſent. Ita Hieron. Ep. 11. ad Agellianum. Vide & Amb. Luc. 8. Tertio erat hac in re ſimulatio, nam parentes non ſine contumelia, quaſi iniqua petentes, & religionis neſcios docebant.

Tertia interpretatio. Exprobrationem quandam eſſe, cum proteruitia & auſteritate. Pa enim bus enim auxilium petentibus ſilium reſpondere. Quicquid ex me tibi proderit, ſeu quicquid tibi contulero, non ex iure aut lege debet, ſed munus eſt donationis: gratuita. Ita quidam apud Chryſoſtomum. τινες γαρ ετις ερωει, εμει ειναι το δωρον, ε ειναι εμου δωρον ηδον. ταυτην, κα αφ ηω σοι τιμην, αλλα χαρις μοι σοι αν εσται πρως. Nonnulli aliter id exponunt, donum quodcumq; tibi ex me proderit: id eſt, nullum honorem tibi acbe, ſed dono tibi datum ſit, ſi à me honoratus fuiſſis.

Hanc ille reſutat, quod non de quolibet dono agatur, ſed eo, quod eſt Corban, ut eſt Marc. 7.

Cc

Quar.

Quarta interpretatio. Quicumq; Deo offert, quod est dandum parentibus, immunis erit à peccato.

Quinta. Munus quod pro me offerre consueuisti, pro te offer, tibi proderit.

Sexta. Genus esse iurisiurandi. Per corban iuro, si à me inuaberis: itaq; impium iuramentum seruandum esse Pharisei docebant. Hanc multi recentiores sequuntur, quā nonnulli sic exponunt, Voti reus ero, vt Deo Corban offeram si te inuero, atq; ad omnes, deinde parentū preces religione voti præteritā obsiduisse.

Impium iuramentum.

Atias Montanus in traditionum libro expressè posuit dicit, si quis iuravit nolle parentib; se auxilio esse, iuranti religione teneri, addit etiam Deo vouere solitos debita desperata, quod sine dubio fœdum erat diuinitatis ludibrium. Iosephus libro 1. aduersus Appionē meminit iuramenti Corban. admirabile est, quod Barchinensis ait in libro *דברי חיים* vororum, à Thalmudicis scribi, Boni à aliqua Deo consecrari posse, tantummodo vnius alicuius respectu, ita vt ipse illi vt sine sacrilegio non possit, quamuis alij possint: atq; ita facile apparet, quanto legis contemptu bona sua Deo vouerint, non absolute, vt ipsi, & liberi eorum, atq; amici illis vi non possent, sed tantum ratione parentū, ne eos honorare possent.

Parentum cura sacrificio prior.

§. 2. Speciosa videbatur ratio, quā Deus homini, pater æternus & optimus peccatorib; parētib; præponebatur, sed contra Dei legem nulla valet argucia; auaritiæ verò artes illæ fuerunt. Nam voluntaria necessarii cedere oportet. Patentium honorem seuerā lege Deus sanxit, sacrificiorum liberalitatem ex illis esse voluit, quæ nullo alio titulo, vel parentibus, vel alijs deberentur. Viua enim Dei templa lignis & lapidibus præferenda sunt. Eruditè exponit hoc Caietanus. Non quidem plurius esse pietatem erga parentem, quam religionem in Deum, res tamen ipsas ita debitas pietati ex ordinatione diuinā, vt ad religionis vsum non debeant transferri: lex enim Dei supernaturalis ordinem naturalem tuetur. Hinc necessaria corpori detrahenda nō sunt, vt sacrificio sumptus suppetant; quin etiam sacrificia & res Ecclesiæ in necessitate vitæ seruandæ, sunt impendendæ. Itaq; obijcit illis Dominus: *in uobis uisus, irritum se. istis mandatum*, omnem illi vim, auctoritatem derogare conati estis, vt vestram traditionem stabiliretis.

Crudelitas scribarum.

§. 3. Pharisei in hac traditione sua emolumenta quærebant, nec enim, cum essent, vt scriptura docet, avari, tam improbam legem, qua Dei mandatū abolerent, sine spe cōmodi tulissent. Hoc igitur agebant, vt sacrificiorum sanctitatem & dignitatem in immensum extollendo, victimarum, & donariorū multitudinem sese & sacerdotes locupletarent: nam & ipsi pleriq; sacerdotes erant, aut sacerdotum & leuitarum in acquirendo actores & adiutores: quod si tanta erat sacrificiorū dignitas, vt etiam eorum causa parentibus negati possent alimenta, de ceteris facilis erat contestura: communes etenim pauperes negligere minus græue videbatur, vt sumptus in sacrificia suppeditarentur. Omnem igitur *עוֹפְרָיִם*, amorem, eleemosynam, humanitatem, commentitiā sanctitate euertebant, nisi quod & ipsi pleni iniquitate & rapinā ad conciliandam famam eleemosynas interdum largiebantur. Inducta est illa barbaries in mores Iudeorum ex vicinā gentilitate, quæ in Deos suos profusa, pauperes crudelissimè negligebat, vt cogerebantur se vel ad gladium vel bestias auctorare, qui seruos reijctulos exponebant, & ægros.

Ex gentibus oria.

VERSUS 6.

Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam: Et irritum se-

cistis mandatum Dei propter traditionem uestram.

QUESTIO I.

Quomodo legem Dei transgressi sunt propter huiusmodi traditionem?

§. 1. **D**uplici argumento aduersarios Christus confutat, ac reijcit. Primum est per rōd *ἀντισπέν*, quo vicissim Phariseos grauioris criminis acculat, nō autem discipulos excusat. Sic enim in eos accusationē retorquet. Discipuli transgrediuntur traditionem seniorum *τῶν ἁγίων*, hoc est, hominum, qui in homines potestate non habuerunt, qui quamuis seniores sunt, nō tamen ius legis ferendæ habuerunt, quod est summi magistratus. At vos legem Dei æterni, conditoris uestri, atq; ad eam legem à naturā insitam, de colendis parentibus, per traditionem uestrā uolatis, & quasi contrariā lege abrogatis, & refigitis. Præpositi igitur censores iudicesq; lederis, humanarum traditionum vindices, diuinæ legis impij contemptores. Ab illis autem diuinam legem per traditionē tolli docet, v. 4. 5. & 6. Deus enim iussit honorare patrem & matrem: illi prætextu pietatis parentes deferere docebant. Ad indignitatem uerò rei ostendendam non dicit traditionē seniorum, sed uestram, quasi eos auctores faceret, qui necessitatem in illis obseruandis finxerunt. Nam per *τῶν ἁγίων* non intelligo *τῶν παλαιῶν*, ueteres seu p̄fci temporis homines, sed eos, qui nunc rerū potiebantur. Pari modo *ἡ παράδοσις*, quo uerbo hic Syrus uisitur, senem designat. Abulensis concilii sanedrini dici seniores arbitrat. Ita enim sapuaginta uocantur, n. 11. & 13. Deut. 17. Verumtamen nō uidetur lex ea publicè & à magistratu lata fuisse; alioqui omnes obseruassent. Sed Pharisei ita tradidisse uidentur, plurimiq; paulatim acceptasse, ita vt legis instar obseruaretur. Nō obseruasse omnes omnino constat ex illis, quos Christus pauci panibus. Ita Marci 7. particula *omnes* restringenda est ad eos, qui hanc traditionem sequebantur, cum esset ocalio. Cum ergo traditiones non sint à Sanedrini, vt etiam Beza testatur, sed Cabalistarum, quæ postea in Thalmud relatae sunt: Eos enim uocabant *עֲרֵבָא*. Ex quo apparet nihil contra leges Magistratum dici, sed scriptorum, & priuatorum traditiones repudiari, quod illis neglecta Dei lege inhererent.

VERSUS 7.

Hypocrita, bene prophet ait de uobis Isaias, dicens:

QUESTIO I.

Cur uocet hypocritas ex Isaiā?

§. 1. **H**ypocritas appellat, quod solis uerbis Deum honorant, cor eorum longè à Deo abest. Inuidiā reprehendebant discipulos, liuori tamen mista uanitas erat, reprehensione enim alienorum erratorum cōmendare se populo conabantur, ueluti diuini honoris cupidissimos, quin etiam in lege Dei uiolanda illis artibus utebantur, vt gloriam Dei solius spectare uiderentur, cum tamen suis commodis inhiarent. Dei gloriā contemptui haberent. Syrus suo more appellat, acceptores uultuum, quod speciem pietatis præficerant, uirtutem ipsam eiurent. Omnia autem scēna & populo tribuebant, ut solent illi, qui ueri sunt hypocritæ, ex theatro & histroniā uiuentes.

VERSUS 8.

Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.

QVA

Quid in populo illo Deus reprehendas?

Primum, *labiis me honorat*, Græcus habet: ἐγγίζει μοι ὁ λαός σου, καὶ τὰς χειρὰς αὐτῶν, καὶ τοῖς χεῖλεσσι με τιμᾷ. *appropinquat mihi populus h'c ore suo; & labiis me honorat*, ita verba integra apud Iulianum leguntur, sed partem legit Lactantius & Syrus. Marcus etiam sine variatione habet vnicam solam partem, quæ est apud Matthæum: vt probabile sit, ab aliquo addita esse ἱσάρ, primum in marginem, deinde in textum. *appropinquare* est colere, vt Plal. 148. *populo appropinquanti sibi*, alludit autem ad id, quod dixerat Corban, hoc est, *appropinquantio* quæ scilicet fit ad mouendis aræ victimis, donisue, nā *ἄρ* quod generaliter est *appropinquare*, crebriò pro sacrificare vsurpatur. Corde igitur longè aberant, per rapinas & fraudes congerendo diuitias, ore sacrificia sonabant. Rabanus, & Remigius de honore intelligunt, quem Christo interdum impendere videbantur, sed tamen reuerà eum recipere noluerunt. Honor autem ille, qui ore exhibitus dicitur, de omni illo intelligitur, qui externo apparatu & pompâ ceremoniarum peragitur.

§3. Docentes doctrinas & mandata hominum.
Hebraus igitur habebat מִצְוָה אֲנָשִׁים מִלִּמְדָה mi-
tzwah and igur milleneda, hoc est, mandatum hominum
dictum, διδασκαλία ἐν θρόνῳ ἐν ταῖς λέξεσι, at 72. inter-
polarunt conjunctionem ἐν τῷ ματὶ τῶ θρόνου, καὶ δι-
δασκαλίας, mandata hominum & doctrinas. Evangelista
in Græco appositionem facit, διδασκαλίας ἐν ταῖς λέξεσι
ἐν θρόνῳ, doctrinas, mandata hominum.

Alia sunt Ecclesiastica, vtilis, pia, tradita ab Ecclesiæ Pastoribus, & Concilijs: vel deuotioni augenda, vel ornamento Christianis, quales sunt variaz tem-

Cerimoniae
civiles.

Carimonia
qua repre-
hensa.

Denique mandatis illis erat adiuncta superstitio, quasi externa mundicie, aut sordibus, animus vel nitefceret, vel inquinaretur, quod existimasse illos Christi defensio demonstrat.

Cultus vo-
luntarius
Deo gratus.

VERSUS 10.

QVÆSTIO I.

§. 1. **C**hristus ad se turbam vocat à Phariseis seductam, & obstinatè perseverantibus in errore Doctorib⁹ ad auditores instruendos se conuertit. Nihil autem iniquitate hominē absolute pronuntiat, quod intrat in os. Græcè est *κοινῶν*, communem reddidit, seu *κοινωνία*, Communē autē sancto, separatoq; opponitur.

ipse demonstrat. Non enim discipulos, quasi inuicem
tatis reos, sed tamquam vero crimini obnoxios repre-
hendunt, & in vulgus tradunt. Labem autem illam
contrahi ex eo putabant, quod ipsa digitorum immu-
ditie polluerentur. Christus enim in refutatione illi
errorem exagitat. Nam primum illi, quod in os ingre-
ditur, id opponit, quod ex ore egreditur. cogitatio-
nis malis, homicidijs, quæ natura mala sunt, homi-
Cc 2 nemq;

nemq; sceleratum, immundum, Deo abominatū efficiunt. Nam horum criminū immundities natura sua spurca ac terrena est, ciborū autē nulli sunt natura mali.

*Abusus non
usus inquit
has.*

Deinde stolidam illam ac supinam ignorantiam illis obijcit, cum ait: Adhuc & vos sine intellectu estis? v. 16. *ἀνοήτοι ἄσπιπτες*. Non esset autem tantus stupor, si aliud in ciborum usu animam contaminari iudicassent, optimi enim & purissimi alimenti abusus ex corde egrediens hominem contaminat. Ita superbia infidelitasq; qua veritum pomum parentes primi comederunt, non fructus ipsius iustitiā primogeniā nudavit. Sic ludæos carnes porcinæ, & carnes cum sanguine voratæ non suo tactu, sed inobedientia lumen-rium reos fecerunt. Sic ebrios quotidie non merum, sed intemperantia Deo facit odibiles. Nam ipso proposito legem temperantiæ violandi ante ciborum & vini contactum redduntur immundi.

Videtur hoc quibusdam subtile, nec ad rem facere. Nam hic quærebatur, an discipuli peccent illorū manibus cibos sumendo? Id fieri potest, etsi non sint natura cibi immundi, verum si solum contra legem latā sumantur. Respondeo. Christum tamquam certum statuere, legem non esse ratam, idcirco ex ea causa hominem non contaminare. Imo ipsos cibos nō contaminare. Signum etiam Iudaici stuporis est, quod Christo obijcere violationem legis Moisaicæ non sunt ausi: nam alioqui sanè, nisi alio quodam sensu dixisset, poterant dicere, & eos, qui suillam ederent, & qui in paradiso veritum pomum attigissent, peccare. Itaque confusi recesserunt, ut notavit Chrysostomus.

§. 2. Accommodant ista licentiæ suæ, quia omni die sibi omnem cibum permissum, & à ieiunio immunitatem sibi noui Epicuræ indulgent. Non coquinat quod per os ingreditur, inquit: non ergo caro in quadragesima, non villo tempore cibus, aut potus.

Quibus facile respondent orthodoxi. Non cibos, sed obedientiam, intemperantiam, legis Ecclesiasticæ & diuinæ contemptum reos facere. An qui contra legem Act. 15. 20. iaram, sanguinem & suffocatum edebant, non contaminabantur cibis, quos Apostoli prohibuerunt? Imò quos Spiritus Sanctus vitari voluit? Nec tamen natura sanguinis aut suffocatorū immunda fuit: sed legis à legitimo magistratu latæ obligatio vsum rei bonæ illicitum fecit. Sic 1. Cor. 8. 13. propter scandalum ab immolatorijs carnibus abstinere iubet Paulus. Non enim immolatio carnis, quæ idolo offertur eam immundam facit, sed neglectus proximi, qui infirmum sua libertate ledit. Porro Christus hic agit de cibo ex natura sua operante, qui mundus est, nec coquinare potest, multo minus illorū manus, 1. Timoth. 4. Aug. lib. 16. contra Faustum.

VERSVS 12.

Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt?

QVÆSTIO I.

Cur scandalizati sint Pharisei?

§. 1. *Christus legem Moysi non violat.* Quod legem Moysi de ciborum delectu Leuit. 11. & 19. & Deut. 14. tot modis inculcatam, abrogare videretur, sed ille loquitur de cibis lege nulla vetitis, & contra eorum errorem, qui cibos immundos iudicabant, agit.

Sic August. contra Adimantum, hinc Manichæos convincit, & probat carnes non esse immundas. Nam quod ad cibos attinet, omnino nihil immundum esse, sed malum esse homini, qui per offensionem manducat, manifestissime apparet. De eo, quod in Leuitico scriptum est; *separate a mundo immundum, & nemo*

mandu et carnem camel, asini, & leporū, & porci, & aquilæ, & milui, & corui, & vulturū, & reliquorum. Nūquam manifestius plenissima doctus & fraudibus anima huius hominis deprehendi potest, qui tanquam sibi a iurista atq; contraria de veteris testamento capitula obiecit, quam in hoc loco, ubi commemoravit in Leuitico scriptum esse, ut à nonnullis animalium carnibus temperetur. Namq; huic sententiæ illud ex Evangelio creditur opponendum, ubi Dominus dicit: Nihil est ingrediens in hominem coquinans eum, sed ea, quæ procedunt ex eo, coquinant. Hoc si imprudens fecit, nihil cecius, si sciens, nihil sceleratius. Nonne ipse paulo ante posuerat Apostoli testimonium dicentis: Bonum est fratres non manducare carnem, neq; bibere vinum, dum cupit de nouo testamento veteri aduersari, ubi dicitur est: Secundum desiderium animæ tuæ, id est & manduca omnem carnem: quomodo ergo nunc placet ei sententia Domini, quæ dicit: Nihil esse ingrediens in hominem quod coquinaret eum, sed ea coquinant quæ de homine procedunt? ubi se ipse abscondit ab hac sententiā? Quod fugiet, dicat mihi, quando immunditiam carnium fugientiam, & à cibis sanctiorū separandam, peruersa & superstitiosa imaginatione continetia præcipit? Ce re enim si verum est non coquinare illa quæ ingreditur in hominem, cum magno errore immundas esse dicunt efcas Manichæi, cum homines carne vescuntur. Si autem immundæ sunt tales efcas, quid de isto testimonio facient quod Evangelica & diuina auctoritate prolata est, ubi Dominus dicit, non inquinari hominem is qui ingreditur in eum, sed is qui procedit de illo? Imò quia contra vetus testamentum Christi verba usurpabant, ipse alterutrum concludit. Vel cibos esse naturā immundos, atq; ita Deum rectè illos prohibuisse: vel Christum rectè negare immundos; atq; ita Manichæorum errorem esse eliminandum. Duo enim illi pugnantiæ docebant. Nempe in veteri lege malè ciborū delectum institutum, & tamē quosdam cibos à Dæmone, non à Deo factos. Nos alia causa ciborum delectū tenemas. Habemus certè apud Clementem Rom. Can. Apost. 68. & constit. Apost. 1. 5. c. 12. & c. 14. & Ignatius Ep. ad Philipp. Clemens Alex. Strom. 1. 7. c. 7. Orig. Hom. 10. in Leuit. Dionys. Alex. ad Basilidem. Iren. Ep. ad Viactorem. Athanas. ad Orthodoxos. Naz. in Baptism. Chryl. integris homiliis. Ath. in vita Antonij. Clemens Alex. 1. 2. Para. c. 1. Cyrillus Catech. 4. Epiph. her. 75. Theoph. Alex. Ep. 3. Paschali. Telephorus Epist. cyclica. c. 1. Amb. 1. 4. de Virginibus. Hier. 1. contra Iovinianum. Aug. 3. contra Faustū c. 5. Leo primus Serm. 4. de ieiunio quadragesimæ. Prosper 1. 2. c. 22. de vite contemplatiua. Fulgentius de fide ad Petrum. c. 3. Quamquam quid opus est aliquos nominare, ubi omnes consentiunt?

§. 2. Phariseos relinquendos censet, quod non modo cæci sint, sed duces etiā idcirco cæcorum, ut & ipsi & populus cum eis in foueam cadat. De illis Iustinus de veritate Christi religion. Ad hæc ridiculum quoq; est, in ea vos esse opinionem profelytorum quidem ipsorum apertos esse oculos, vestros autē minime: ac vos audire, cæci & surdi: at illos illuminari: tūc utem ridiculosius etiam multo vobis accidet, si legem (euangelicam) gentibus datā esse dixeritis, & vos neq; illā (Moisaicam) legem noueritis. Vitasset enim ut q; iram Dei, ac filij niqui & vagabundi (scilicet vos) le extrauagantes non essetis: puderetq; vos illum identidē audire, dicentem: Filij, quibus non est fides in ipsis. Quis cæcus, nisi serui mei? & surdus, nisi qui dominatur eis? Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionē, & nolite cognoscere. Esa. 6. Et excæcati sunt serui mei: Cæci scilicet cæcorum duces Matth. 15. Quod si per se etiā non obseruasti aperias aures vestras, & non audisti, an bona sit laus vestra, quæ Deus vos celebrat, & Dei testimonia quæ seruos decet: nimirum nec cruciheris sapientum ista audientes, neq; Deo comminante exhorrescitis: populus certè quidem stultus & durior es estis. Propterea ecce addam, ut transieram populum huic, dicit dominus: & transferam eos. Et perdam sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium abscondam.

§. 1. Gravissimam eam penam esse, cum malis Pastoribus oves errantes committuntur, nemo dubitat. Explicuit August. in c. 34. Ezec. seu l. de Pastoribus. Sed quoniam terret non solum eorum ducem, sed & eorum sequentem, (neg. enim ait, & adit in foueam ducens, & non cadit sequens: sed, eorum eorum ducens, ambo in foueam cadunt) aduocauit eum. Cum enim non facit, que faciunt mali Pastores, facere n. l. i. e. Cum enim non facit, que faciunt mali Pastores, non vult pati: cum facit autem que dicunt, ego vos pascam: nec enim dicunt, & non faciunt. Securi, inquit, sequimur Episcopos n. s. r. Di. unt hoc sap. Heretici, quando veritate in miserrima conuincuntur. Donne oves sumus: illi de nobis reddent rationem. Reddent plane malam de morte vestra. De morte ovis maligna reddet malus Pastor malam rationem. Nam qui idem vult ovis, qui a signatur pellis i. suis: Incipit Pastor, qui negligit ovis, in errantem: & propterea in fauorem lapsum, in deum arer. Quid illi prodest, quia affert pellis signatam? Paterfamilias vitam ovis inquit. Si d. cecum malus Pastor attulit pellem: reddat de pelle rationem.

Nolite verò Heretici excusationem non habent, cum peccata & noua errorum duci se vident, cum suos ducunt annos singulos via mutare, alioque se vertere. Nulla enim probabili ratione dicere poterunt: Hic autem ille me Episcopus seduxit, sed ille gurgis, ille gladiator, sitiguitas, apostata, adulter: nemo enim infignit hereticorum sine publicis atque infamibus sceleribus ab Ecclesia delinquit, ut causam reddere nullam possint, qui talibus crediderunt, & a veteri Apostolorum Martyrum Patrumque doctrina discessionem fecerunt.

VERSUS 13.

At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus celestis, eradicabitur.

QUESTIO I.

Que plantatio dicatur patris celestis?

§. 1. Plantatio est doctrina, seu homines doctrinam aliquam haberi: Perinde ac si dicat aliquis. Religionem aliquam ut sectam institui, quod vel Deo vocante, & iubente fieri potest, vel hominum tantum errore & conatu. Comparari autem plantis arboribusque homines, notius est, quam ut doceri necesse sit. Il. 5. 2. & 6. 2. 1. Jer. 2. 2. Amos 9. 15.

Plantatio non est ele. 34. §. 1. de predestinatione interpretantur. Hic non confectur reprobatio & electio. Nam etsi electio & reprobatio Dei, non tamen reprobatio est ab alia manu, quam Dei. Nec illa ipsa eradicabitur. Sed confectur doctrina & lex Dei cum finibus hominum inuentis, quæ etiam ad tempus auctoritatem obtinent, postea tamen pereunt. Contra Caluinum & recentiores stat ipse Zuinglius, qui de legibus & doctrina interpretatur.

§. 2. Apud Hieronymum Manichæorum soboles hunc locum obiecit Catholicis, ut duas naturas esse probaret. Vnam à Deo bono patre Christi: alteram à Deo Prophetaum seculo & malo principio. Imò ex hoc loco legem repudiabant. Eam enim plantationem esse asserbant. Sed esse Hereticos interpretatur Hieronymum in c. 5. Il. Quod autem edificatio & agricultura refertur ad intelligentiam spirituales, etiam alio loco Paulus Apostolus docet: Fundatos & radicatos in charitate credentes esse contestans. Vnde & Ecclesiastes: Non solum sibi edificauit domos: sed plantauit vineas, & fecit hortos & pomaria: & instituit omnes arbores pomiferas, exiitque piscinas ut irrigaret saltum. Porro Heretici imaginem tantum habentes vmbraque virtutum, & non ipsam veritatem, absque fructu operum, verborum folia pollicentur. De quorum arboribus dicit Dominus: Omnis plantatio, quam non plantauit

Adamus Conzen in Euang. Tom. I.

pater meus celestis, eradicabitur. De vinea enim Sodomorum vinea eorum, & propago eorum de Gemorra: Vinea eorum vna fellis, & botrus amaritudinis eis: furor draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis, quam non plantasset pater celestis. Verum præstat audire eam de S. Chrysost. τὸ ποτὶ τὸν νόμον οὐκ εἰσὶν αἱ τὰ τοῦ μαριχάωντος οὐκ εἰσὶν. Hoc de lege dictum esse aiunt, qui Manichæorum morbo laborant: quos ille sic confutat. ἀλλ' ἐπισκεψαί τὰ ἐμπροσθεν εἰρημένα αὐτῶν. εἰ γὰρ ποτὶ τὸν νόμον ἐλεγε, πῶς ἀνωτέρω διπολοῦνται ὑπὲρ αὐτῶν καὶ μαριχάωντος λέγων. διὰ τί τὸ ποτὶ τὸν νόμον εἰσὶν αἱ τὰ τοῦ μαριχάωντος οὐκ εἰσὶν; πῶς δὲ τὸν ποτὶ τὸν νόμον εἰσὶν αἱ τὰ τοῦ μαριχάωντος οὐκ εἰσὶν; ὁ λαὸς ἔτι τοῖς χεῖλεσι τιμᾷ, καὶ τὰ ἔξῃς; ἀλλὰ ποτὶ αὐτῶν, σκεπῶν καὶ τῶν ποτὶ τὸν νόμον αὐτῶν τῶν Φησὶν, εἰ γὰρ ὁ Θεὸς εἶπε τιμᾷ τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, πῶς ἐστὶν Φησὶν καὶ τὸ ποτὶ τὸν Θεὸν εἰρημνῶν; καὶ τὸ ἔξῃς; δεῖν νομίσαι ποτὶ αὐτῶν εἰρημνῶν καὶ τὸν ποτὶ τὸν νόμον αὐτῶν. ἐπὶ τῶν γ' ἐν. ὁ δὲ γὰρ εἰς τὸν Φησὶν τοῦ Φησὶν. εἰ δὲ ποτὶ τὸν νόμον ἐλεγε, πῶς εἶπεν αὐτῶν, ὁ δὲ γὰρ εἰς τὸν Φησὶν τοῦ Φησὶν. Sed ea, quæ præcesserunt, orā ipso penitus obstruunt. Nam si de lege hoc dictum est, quo modo superius acerrime pro lege ipsa pugnat, dicens: Quare mandatum Dei propter obseruandas traditiones vestras transgredimini? Quo modo etiā Prophetam induxit dicente, populus iste labiis me honorat, &c. Non igitur de lege, sed de illius ipsius, ac de traditionibus illis hæc disputat. Præterea si à Deo dictum est: Honorā patrem tuum & matrem tuam: quomodo non est plantatum à Deo, quod dictum à Deo est? de sequentibus autem in eam patet, non de lege, sed de istis & traditionibus dictum esse. Quippe eam subiunxit, dices sunt ceci: orum: ita legem à omni accusatione vindicauit, & ad illos omnem culpam traiecit. Quod si de lege illud dictum esset, dixisset utique, dux est cecus cecorum.

VERSUS 15.

Respondens autem Petrus dixit ei: Ediffere nobis parabolam istam.

QUESTIO II.

Cur Parabolam vocat Petrus?

§. 1. Syrus vocat parabolam *ἡθῶν maltha*; à *ἡθῶν* Parabolam cur vocet. *malthal*, quod parabolice loqui significat. Petrus igitur cum offensos videret Iudæos, eo quod Christus ciborum delectum tollere videretur: cum nec legē ab eo abrogari putaret, nec falsum tamē esse, quod ex ore veritatis audiebat, suspicari posset, sermonē parabolicum esse interpretatur, idē parabolæ expositionem postulat. Ita Hieron. & Euthymius recte exponunt, minus commodē Theopylæus, qui ignorantia simulasse putat, cum, ut est in Marco, omnium fuerit illa dubitatio, & Christus obijciat, adhuc illos sine intellectu esse, v. 16. ἀκούετε, &c. hoc est, καὶ ἀκούετε τὰν νόμον, ad hoc vsq. momentum. Proprie se locutum ostendit, nō parabolice. Multa autē iam Paulo in parabolis dixerat, ut notauit Remigius & Abulensis, ut occasio fuerit, etiā hic de parabolis suspicandi. Culpabilem tamē & Hieronymus & Beda ostendunt, quod tam claram sententiam, rationi adeo consentaneam nondū intellexerat. Petrum quæfisse omnium nomine existimat Abulensis, alij apud Marcum, qui discipulos interrogasse refert, putant esse Synecdochen numerorum, omnibus enim tribui, quod solus Petrus fecit. Prior sententia vera est; Christus enim nō vnum Petrum, sed ceteros etiam reprehendit, quod sine intellectu essent, quæ reprehensio ex imperita quæstione orta est. Hic autem non agebatur de delectu ciborum constituto lege: sed de illis carimonijs, de quibus nec Deus, nec Ecclesiæ Magistratus quicquam constituerat.

Cc 3

VER-

VERSUS 26.

QVÆSTIO I.

§.1. **N**on est bonum, καλὸν honestum, & vt Syrus
ܢܚܝܫܐ scaphir, decorum, conueniens, accipere pa-
nem filiorum, & mittere, βαλεῖν projicere canibus. Canes
appellari gentes à Iudæis notum est. 2 Reg. 3.8. & 16.9.
& 4. Reg 8.13. Sic etiā gentes se mutuo nominabant.
Et apud Homeri τὸν κύνος ὄμμα, & similia visitata sunt.

QVÆSTIO II.

51. **M**ulier Apostolos appellat, & cum parum proficere se videret, iterū ad Dominū conuertitur. Apostoli pro eā intercedunt. Itaq; vnus pro alio oratio nō modo vtilis non est, sed etiā laudabilis, quocirca etiam Chrysostomus eos curas interpellat.

Sancti non Respondet. Non modo sanctorum intercessionē,
 sed nobis stupore illo paralogismi, sed æterni numinis etiam be-
 neficentiam tolli. Non tanguntur in illā felicitate divi

notis affectibus, ut doleant aut tristentur: ideo quod
in illo statu beatitudinis nulla potest miseria, nullus
dolor etiam alienæ calamitatis commiseratione. No-
stras tamen miseriae tolli cupiunt, & sine interruptio-
ne suæ felicitatis succurrunt. Neq; etiam Deus dum
miseratur exaudit, nostra mala sentit, aut felicitatis
fuzi durâ nobis auxiliatur. Quantum verò absit à re-
ligione, existimare, non posse nostros fletus audire,
aut pro nobis intercedere, miseria ipsi flectant, & in-
ludant, neminem ignorare puto. Angeli enim ho-
minibus adfunt, eos dirigunt, subleuant, sine vlllo bea-
titudinis detrimento, semper enim etiam ista agen-
tes stant in conspectu Dei viui.

Obijcit Bullingerus hæc Chryfostomi verba. *Non*
quisquis Patronus apud Deum, neq. multo discursus, vt blandia-
tuus dicit, sed sicut filius Patronus, caræq. & per seipsum Deum
deprecat. omnino tamen voti compes erit. Per enim tam fa-
uile Deum amittit, cum alij pro nobis orant, vt cum ipsimet or-
antur: etiam si plurimum pleni sint malis. Repulsum dicit
cum alij rogant, cum ipse peccatorum audiam.

Deinde concludit Bullingerus, hac Chrysostomi ver-
bapalati refellunt Papiſtantiam opinionem, hinc colligentium
duos in caelis intercedere pro nobis, ideog. inuocandos.

Relp. si quidem Chrysoſtomus ſententia res definienda eſt: facile veritas Catholica cauſam obtinebit. Nam hoc loco nihil contrâ Catholicos loquitur, aliis poſitis inſeruit noſtram aſtruit verbis clariffimis. Hinc comparat preces interceſſorias Apoſtolorum, qui eius laboribus moti dimitti cupiebant orantem, & mercedem magnâ fide & humilitate precantis, & conſtat eſſe orationem cuiusq; pro fe precantis gratiorem eſſe, quam languidam aliorû; id quod Chryſoſtomus vocat: Nectalis anima aliena oratione magnopere gerit. Quod ſi conſici hinc aliquid contrâ veritatem

Quanti vero orationes defunctorum pro viuis faci-
at, multis verbis offendit sermone de poenitent. &
conf. Item in Liturgiis τῶν ταύτῃ χριστιανῶν τῆς ὁμο-
λογημένης ἐκδόσεως δεσποτῆς ἡμετέρου τοῦ πατριάρχου μα-
ριου ἐν ταῖς προσευχαῖς προσδίδεται κλίρε τῶν θυτῶν ταύτων
ἐν τῷ ἐκπράσσειν ἐν θυγατήρῳ. In honorem & memoria sup-
per benedicta, gloria dominæ nostræ, Deiparæ & semper vir-
ginis Mariæ, cuius deprecationibus suscipe Domine hoc Sacrifi-
cium in supercilio altaris tui. Ecce in ipso sacrificio depre-
cationes, seu locos precibus suis adhibet sanctos, quo-
modo igitur eorū intercessionem repudiat? Idē homi-
li 66. ad populū Antiochenū, cum de sanctis agit. &
hom. 31. & 41. & 28. & hō. 42. de sancto Ignatio Romani
martyrio affectū, & Antiochiam deinde translaturum

Cum omni gaudio, atq; lætitia sacrum hunc locum frequen-
temus, præconabimur, mentaq; coelestis parvis pecuniam sanctis
vires valeamus precibus ipsorum Sanctorum & gratia ecce-
nitare Domini nostri Iesu Christi. Non fœta modo san-
ctorum celebrat, sed etiam sacram læticiam populo
suadet, & participem eorum felicitatis se fore preci-
bus ipsorum sperat.

Quamvis autem sanctorum tam viventium quam defunctorum orationes ille probet, monet tamen, ne securi salutis causam sanctorum precibus committamus, sed ut nos quoque operi accingamur ita nos doceat in c. 2. Matth. Laudatione in S. Pelagiam. c. 15. & Rom. 26. in 2. ad Corinth. 12. Denique Diacono hunc in hominum in Liturgiâ Chrysostomi faceret des benedicir.
 δευτε δια προσευχων των ανων ενδεχον αποστολη η ευαγγελισια
 τοις δε θρα συζημα εις το ευαγγελισειν και των ιναγγελισιων
 ινα μεν πολλη Deus per intercessionem, sancti gloriolâ Apostoli
 & Euangelistarum, i. b. de verbo ad euangelizandum eis
 i. euangelizatur virtute multa. ubi notabis, illud τοις
 ονι loco sancti, cuius memoria agitur.

Hoc enim expressissime ponitur in eadem Liturgia, licet enim Sacerdos loquitur. Ὁ ἁγῖος ἰωάννης ὁ προφήτης, ὁ περὶ ἡμῶν καὶ πάντων ἡμῶν καὶ πάντων ἡμῶν ἀποστόλων ὁ ἁγῖος (τοῦδε) οὗς ἡμεῖς μνησθῆναι ἐπελούμεν. οὗς πάντων ἡμῶν σου. ἀπὸ τῆς ἐκείνου ἐκείνου καὶ ἡμῶν καὶ θεοῦ. Sancti, Iohannis Propheta, praecursoris, & Baptista sanctorum optinominatum Apostolorum, & sancti suorum cuius & memoriam celebramus & omnium sanctorum suorum supplicacionibus visita nos Deus.

VERSUS 27.

§. II. **D**Vo sunt in responso mulieris. Primò appro-
bat Domini sententiam. *responde* ita domine.

Syrus מִן הַמֶּלֶךְ in mari, etiam domine mi. Deinde rati-
onem reddit, וְהוּא Etenim: Syrus אֵלֶּי aph: quin imò Humilis et
syrophoeni-
quidam interpretantur, vt sensus sit. Non est id bonū
quidem, sed tamen catelli comedunt de mensa domi-
norum suorum. Qui sensus planus est, sed verius minus
accommodari potest. Verus igitur sensus est, vt respon-
deat ad id, quod Dominus non dixit quidem, sed tam-
q̃ certum notumq; statuerat. Dum enim roganti non
respondet, dū contemnere videtur, & tandem asserit, nō
esse bonū accipere panē filiorum, & dare canibus non
obscure illam canem appellat, quasi nō magis ad eius
preces, quā canis latratum attendat Hoc illa ingenio-
se ad suam causam trahit. Lubens volens me catellam
fateor, verē dixisti me catellam esse, non offendor illā
contumeliā, quā mihi salutē fore spero. Nam & catelli
comedunt de micis, quæ cadunt de mensa domi-
norum suorum. Iudæa implera est doctrina & miraculis,
aliqua & nos obiter beneficia experiamur: canes enim
sumus, non lupi, ideo de mensa minorum alenda.

ita fere Abulenſis quamvis pluriſibus exponit. Tu domine dicis, quod non eſt bonum accipere panem filiorum, & dare canibus, & tamen bonum eſt de illo dare ſaltem micas cadentes: ita tu poteſ.

VERSUS 28.

*Tunc respondens Iesus ait illi: Om-
nium magna est fides tua: fiat tibi si-
cut vis. Et sanata est filia eius ex
illa hora.*

QVÆSTIO I.

Quæ fides illa fuerit?

§. I. **M** Vculus, ceteriq; fiduciam de prædestina-
tione interpretantur.

Constat principio fuisse fidem, qua credidit, posse
 à Christo filium sanari; deinde sperabat auxilium, adeo
 ut etiam videns *sed et tuus & tuus curatorem* & *et tuus*
 per omnes suos *et tuus* cum passus, non tamen desperavit,
 monet Chrysost. Quod si quispiam asserat, eam cer-
 tō credidisse se prae destinari, eaq; fide imperasse filia
 sanitatem, id sine vllā veritissimi tudine pronuntiabit,
 atq; adeo non sine rubore; tota in eo est, ut filia sani-
 tatem impetret. & Christus: magna est fides tua, fiat
 tibi sicut vis, fides ergo de Christi potestate erat, & spes
 de bonitate. De sua prae destinatione verbum diuinū
 non habebat, cum enim canis vocaretur, non reuela-
 batur illi sua prae destinatio. Quin imò fides prae des-
 tinationis filia sanitatem impetrare non poterat. Quis
 verò eam doceret; eam in omni scelere permanentē,
 esse iustam ante penitentiam, eam iustitiam amittere
 nullo vnquam crimine posse? Nondum ista doce-
 bantur, nondum prodicatur talium auctor Zuinglius.
 Ipsa simpliciter filia sanitatem, cum tot miracula vi-
 disset, à Christo petebat.

VERSVS 29.

Et cum transisset inde Iesus, venit se-
cus mare Galilee, & ascendens in
montem sedebat ibi.

QVÆSTIO I.

Quid in iudæâ præstitit?

S. 1. Discessit à finibus gentilium, & Iudææ latitudine transitâ, à mari mediterraneo veniens confedit ad mare Galilææ.

Sanat autem Primò χαλὸς claudos, latini multi li-

bri habent primo loco muros, sed cum Græco con-
sentit Syrus.

Deinde τυφλὸς cæcos.

Tertio κωφὸς mutos.

Quartò κυλῆς debiles, Erasmus mutilos.

§. 2. Obicit Bullingerus, *non ad sanctos, sed ad Christum deferendos.* Quæ obiectio locum haberet, si non ad sanctos Christi virtute sanatos adducerentur. Quid de sanctis factum sit, acta Apostolorum nos docent, & sequentium temporum historia.

VERSUS 38.

Erant autem, qui manducauerunt
quatuor millia hominum, extra
parvulos & mulieres.

QVÆSTIO I.

Vbi Christus subſedit?

§.1. **M**arcus 8. 10. vocat Dalmanutha, Græcus
^{μὲν δαλμὰ} hoc i. Reg. 17. 26. legitur, sed apud
 Marcum in partes Dalmanutha Aug. 1. 2. de consensu
 Evangelistarum c. 51. Beda, aiunt olim fuisse Mag-
 dan, non Dalmanutha, sed hoc nusquam ab alijs legitur.

Quædam exemplaria *מגדאן*, Syrus *מגדא*, for-
tè locus Maceda dictus. Alij Magedan, & esse volunt
in tribu Iuda.

Hieronym. suo tempore regionem dictam Mag-
denam. Nobilis ille Zach. 12. i. eff. Maggedo, sed al-
minno est. Graecus *μαγδαλα*. Syrus *madan* vocat finem
ܡܕܢܐ demagedu, nisi scriptum est *ܡܕܢܐ* demagda.
Maggedu, nam facilis est commutatio inter *ܡܕܢܐ*. His
in locis complura fecit miracula, diuini fuisse, docuit.
Miraculum de panibus multiplicatis omitto: quia fa-
tis explicatum est c. 4. id quod simile est: Sunt autem
nonnulla obseruata dignissima: Nimirum ex audito-
ribus multos triduanum inediai fuisse sustinisse, am-
audiendi verbi Dei, iamque debilitatos fuisse, ut di-
mitterentur ieiunii, in via defecerent. Quod magnam
eorum debilitatem indicat. Nec enim procul a locis
habitat. & oppidis aberant.

Quin & illud notandum, iam plures panes, pau-
ciores conuiuias esse, & pauciores tamen portas refe-
ri, vt appareat solius diuina potentia hoc opesce-
re, quæ ex paucioribus plura, ex pluribus pauciora facit.
Plenum illi ius est in omnes, & in omnia. Tam ex uno
pane mille, quam ex decem potest centum efficere.
Qui enim mundum fecit verbo, cur non in mundo
faciat, quæcumq; facere placuit?

C A P V T X V I.

Mar. 8. b. 12.
Luc. 13. g. 34.
Sup. 2. g. 39.
Ioan. 2.
Mar. 8. b. 14.
Luc. 12. a. 1.
Sup. 14. c. 17.
Ioan. 6. b. 9.
Sup. 15. a. 43.
Marc. 8. c.
17.
Luc. 9. c. 18.
Ioan. 6. g. 69.
Ioan. 1. f. 42.
Mat. 12. g. 24.
Ioan. 10. c.